



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 46. Principum, & Catholicorum Fœderatorum libellus supplex ad Regem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](#)

serio in memoriam revocent, quod non **Sæcul. XVI.**
 alius se magis Catholicus Princeps, **A.C 1588.**
 qui magis hæresis venenum extirpatum
 cupiat, toto orbe existat, prout id ex
 anteacta vita sua satis populo testa-
 tum esset.

Hæc gesta fuere die decima sexta
 Maji: post aliquot vero dies missus a
 Rege ad Senatum Claudius Dorronus
 libellorum supplicum Magister, qui longa
 oratione habita hanc Regis voluntatem
 esse ultimam declaravit, ut tunc, si
 cives ad officium redirent, præterita
 omnia oblivioni traderentur, emenda-
 tionis publicæ ratio iniretur, ob idque
 Regni comitia ad anni exitum indice-
 rentur, protestatione facta, quod ea,
 quæ in iis decreta fuerint, religiose,
 & inviolabiliter serventur: insuper ibi
 delegitimo Regni Successore Catholico,
 & e regio sanguine prognato consulte-
 tur: ut vero comitia legitima forent, a
 se optari, & peti declarabat, ut ante
 omnia cuncti ab armis discedant, poena
 perduellionis in non obedientes fancita.

§. XLVI.

*Principum, & Catholicorum fæde-
 ratorum libellus supplex ad*

Regem.

Rex cum Senatus Deputatos benigne **Thuan. l. 9r.**
 excepisset, pariter fœderis Princi- **Spond. n. 7.**

O o 2

M. m t 2.
pes pag. 309.

Sæcul. XVI pes Legationem ad eundem decernere
 A C 1588. tentabant: insuper Guisius Dux circum-
 specte genuinas sui propositi rationes
 dissimulans Reginam Matrem eo adige-
 bat, ut illa consentiret, quatenus hi
 Deputati in Borbonii Cardinalis, Prin-
 cipum, Franciæ Procerum, Parisinæ,
 aliarumque urbium, omniumque Ca-
 tholicorum pro Religionis Catholicae
 defensione unitorum nomine libellum
 supplicem Regi porrigerent, in quo Fœ-
 derati palam hæc declarabant: „alii
 „nobis mens in sumendis armis haud
 „fuit, nec nunc est, quam ut sectarium
 „virus, a quo cetera mala in regnum
 „derivari constat, stirpitus evelleretur,
 „eoque extirpato, & pace regno parta
 „Regi obsequium conservaretur, qua-
 „propter Regem ad bellum strenue pro-
 „sequendum hortamur, atque ut Guissi
 „Ducis opera in tam justo, sanctoque
 „negotio uti velit, rogamus: pariter
 „Regiæ suæ Majestati supplicamus, ut
 „Espernonium Ducem, & Valettam ejus
 „fratrem Aula proscribat, eoquod me-
 „rito Catholicis suspecti, & aperti Se-
 „ctariorum fautores, multis, & magnis
 „criminationibus cumulati sint, tales
 „que comprobentur: ambos igitur aula
 „ejici, suisque dignitatibus, ac Pro-
 „vinciarum administratione, qua in-
 „signiti sunt, spoliari petimus: porro ut
 „bel-

„bellum feliciori successu geratur, ipse- Sæcul. XVI.
 „met Rex exercitum in Aquitanniam de- A.C. 1588.
 „stinatum ducat, in Delphinatum au-
 „tem Maduanus provincialibus acce-
 „ptus, quos eadem peste prius libera-
 „verat, cum alio exercitu mittatur,
 „Regina vero Lutetiæ maneat, ut
 „publica Regni negotia, sicuti pruden-
 „tissime, & felicissime antea semper
 „fecerat, interim per Regis absentiam
 „administret: de cetero Franciscus
 „Dous Urbis Gubernator a præfectura,
 „& negotiorum Urbis administratio-
 „ne se abdicet ob cauſas, quas
 „ſiliri, quam propalari, niſi aliter Rex
 „jubeat, magis convenit: Rex vero
 „recens electos Mercatorum Præfectos,
 „atque Ædiles confirmet, plenamque
 „Parisinis veniam indulgeat, cum id
 „ob suum studium, atque affiduum af-
 „fectum erga Regem suum promeriti
 „ſint.

§. XLVII.

Regis responsum ad hunc libellum.

Ad hunc libellum Rex die decima no- Thuan.
Spond. E
Mem. l.c.
 na Maji respondit, quamvis equi-
 dem haud immerito exinde vehemen-
 ter offenderetur, dissimulata tamen in-
 dignatione moderatis, blandisque verbis
 ita responsum dedit: „Egregia mea in Re-
 ligionis Catholicæ Apostolico-Romanæ

Oo 3 „cauſa,